Rx 6. Iul. 66. 166 236

229

Illustrissimo Amplissimoque viro
D. Constantino hugenio, Equiti
D. de Zulichem
Petrus franciscus de Solivats
S. P.

Quoniam beneficia eò devincire arctius animos solent, quò in minus promeritos conferuntur, fateri parens meus atque egomet quoque necessariò debemus tua in utrumque merita multò esse maiora, quàm ut unquam parem gratiam referamus: et verò cùm autoritate, et gratiâ, quâ apud principem plurimum vales, nostri ergo usus es commodum, eò spectasse te par est credere, ut, quæ tua est animi magnitudo, de immerentibus bene mereremis; quare id utique cavebimus diligenter, ne indigni videamur, quos in fidem quasi deditilios accipias, et benevolentiâ complectaris; neque committemus unquam, ut nullum erga te prætermittamus officium. at cùm exploratum nobis abundè sit, quæ tibi debemus, ea longè, multùmque superare quicquid pro tenuitate nostrâ conabimur, restat ut votis omnibus hoc a numine contendamus te scilicet virum Illustrissimum, tuamque tam nobilem, quam quæ maximè familiam ut in dies magis, magisque fortunet, nobisque det, unde principi possimus approbare officium, et fidem constantissimam, cuius tanquam præs factus es, tibique aperire gratum, et minimè obliviosum animum; ac dum in omnem nostri huius studii significandi occasionem, quandiu vita suppetet imminebimus, ea

© British Library
Add MS 22953, f. 229-230
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6563

Interim meæ partes erunt, ut c
condiscant, quibus nos benefact
prope immensa, sic apud nostros
intermoritura memoria, vale u
facere perpetuans et præsidiu
benevolentiam quam ambitiose
CIↃIↃCLXVI

© British Library
Add MS 22953, f. 229-230
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6563

Interim meæ partes erunt, ut ex me post paulò nasituri liberi condiscant, quibus nos benefactis cumulaueris, quò ut sunt ea prope immensa, sic apud nostros nepotes, eorum numquam sit intermoritura memoria, vale, uir Illustrissime, et perge generosè facere perpetuans et præsidium, quo nitimur, et uoluntatem, ac beneuolentiam quam ambitiosè optamus. Arausioni IV idus Junii CIↃIↃCLXVI

Syst. vol. 1. nr 202

© British Library
Add MS 22953, f. 229-230
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6563

© British Library
Add MS 22953, f. 229-230
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6563